UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto maximo episcopo alexandrino. Cap[itulum]. viij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ꝙ apoſtolus quendam iuuenem ferocem conuerſum: cuidam epiſcopo depoſiti nomine commendauit: ⁊ ad partes alias acceſſit: poſt aliquod tempus iuuenis relicto epiſcopo: factus eſt princeps latronū. Rediens apoſtolus depoſitū repetit: ⁊ epiſcopus de pecunia intelligēs quaſi ignarus obſtupuit. Cui apoſtolus de iuuene ſibi cōmendato ſe querere declarauit. Et dum epiſcopus iohanni cū rubore factum narraſſet: Apoſtolus eū increpat eo ꝙ malum ſuo depoſito cuſtodem dimiſit. Equum ſibi parari iuſſit ⁊ ad montem: vbi iuuenis erat: feſtinus properauit. Quē iuuenis ſtatim recognoſcens pre verecundia equū aſcendens fugiebat. Apoſtolus ſenectutis oblitus equū calcaribus vrget: et fugientem vocat: et ne patrem ſuum fugiat vel expaueſcat: poſt ipm clamabat. Et vt ad penitentiā rediret dulciter admonebat offerens ſe pro eo chriſto reſponſurū: compunctus iuuenis reuertitur: et cum lachrymis conuertitur: ⁊ ab apoſtolo benigne ſuſcipitur: ⁊ in virtutibus perſeuerans tandem a magiſtro epiſcopus ordinatur. ¶ Legitur etiam vbi ſupra: ꝙ cum Johannes epheſi balneum lauandi gratia introiſſet: et ibidem cerinthuz hereticum inueniſſet inde protinus exiuit: quo egreſſo balneū cecidit ⁊ hereticum cum ſuis oppreſſit. ¶ Predicationem autem ſuam miraculis confirmabat: ita vt tactu veſtimentorum eius egri curarētur: ⁊ demones fugarentur. Et vt dicit Hieronymus in ſua decrepita ſenectute: vix ad eccleſiā diſcipulorū manibꝰ ferebat: nec cū plura verba dicere poſſet: ad quamlibet pauſam hoc ſolū dicebat: filioli diligite alterutrum. Ibiq̃ vſq̃ ad traiani tempora perſeuerans totiꝰ aſie fundauit ⁊ rexit eccleſias. ¶ Et cum eſſet annorum. lxxxix. ſecundū iſidorum. lxviij. a paſſione domini anno apparuit ei chriſtus cum diſcipulis alijs: qui iam omnes ad celeſtia migrauerant: eumq̃ ad eternas epulas inuitauit: et dominica futura die ad ſe illum venturū eſſe predixit. Igitur in ſubſequenti dominica omni populo ad eccleſiā cōueniente: que in eius adhuc in carne agentis nomine fuerat fabricata a primo pullorum cantu vſq̃ ad ſextam predicauit eiſdem: hortans illos: vt in fide eſſent ſtabiles ⁊ in mandatis feruentes. Poſt hec iuxta altare foueā quadratam fieri iuſſit ⁊ terram extra eccleſiam iactari. In quā beatus euangeliſta deſcendens expanſis manibus gratias deo egit: ⁊ orationē deuotiſſimā fudit. Qua finita tanta ſuper eū lux emicuit: ꝙ a nemine videri potuit. Recedenteq̃ lumine fouea reperta eſt manna repleta: quod ibidem vſq̃ hodie generat. Ita vt in fundo fouee inſtar minute harene ſcaturire videatur: ſicut in fontibus fieri conſueuit: propter qđ ipm in corpore et anima celo aſſumptum plurimi aſſeuerant. Cuius depoſitionis dies ab eccleſia celebratur. vi. kalen. ianuarij.

De ſancto maximo epiſcopo alexandrino. Cap. viij

Maximus epus alexādrinus fuit. Qui ſatis clarus et inſignis de titulo confeſſionis factus eſt. Qui et in pace quieuit vi. kalen. ianuarij: apud eandem vrbem cōdigne tumulatus. hec vſuardus.

¶ De ſancto Maximo epiſcopo taurineñ. Cap. ix.

Maximꝰ epiſcopus taurineñ. claruit tpe honorij impatoris: qui in homelijs ⁊ ſermonibꝰ cōponendis: ⁊ in eccl'ia declamandis ſtuduit elegāter: vir in diuinis ſcripturis intentus: et ad plebem inſtruendā ſufficiens. In apoſtolorum laudes ⁊ iohannis baptiſte ⁊ generales oīum martyrū homelias ⁊ tractatus edidit. De ſctō Euſebio Uercelleñ. duos tractatus cōpoſuit. Et ſancti Cypriani ſpālem de baptiſmi gratia. Librū de auaritia et hoſpitalitate. De defectu lune. De elemoſynis. De ieiunio ſeruoruz dei generali. De ieiunio ſpeciali quadrageſime. De eo qđ in Eſaia ſcribit. Caupones tui miſcēt vino aquā. De paſſione dñi. De iuda ꝓditore. De cruce domini. De ſepulchro eiꝰ. De reſurrectiōe ipſius. De accuſato ⁊ iudicato dño apud Pilatum. De kalēdis ianuarij. Cōpoſuit etiā homelias pluximas: videlicet. De natiuitate dñi. De epiphania. De penthecoſte. De hoſtibus carnalibꝰ nō timendis. De gratia poſt cibū deo agenda. De penitentia niniuitaꝝ: ⁊ alias multas. Quieuit autē honorio ⁊ theodoſio iuniore imperantibꝰ. Hec gennadius de illuſtribus viris.

¶ De ſanctis innocentibus martyribus. Cap. x.

Innocentes martyres ab herode aſcalonita interfecti ſunt. Tres enim fuerunt herodes propter eorum infamaz crudelitatē famoſi. Primus fuit herodes dictus aſcalonita: ſub quo natus eſt dñs: ⁊ pueri occiſi ſunt. Secundus fuit herodes antipas: qui Johānē decollauit. Tertius agrippa qui iacobū occidit: ⁊ petrū incarcerauit. ¶ Herodes ergo aſcalonita fuit filius antipatris idumei: q̇ neptē regis arabū duxit vxorē: et qua hūc filiū habuit herodē: vt dr̄ in hyſtoria ſcholaſtica: q̇ poſtmodū aſcalonita di-